

L. N. Z.

35

EXERCITIUM ACADEMICUM

DE

LEGE JEHOVÆ
SYLLABIZANDA,

PS. I: 2.

QUOD,

Conf. Ampl. Facult. Philos. in Reg. Acad. Aboënsi,

P R Ä S I D E

LAURENTIO O.
LEFREN,

L. L. O. O. & Græcæ Profess. Reg. & Ordin.

Publicæ bonorum censuræ subjicit

HENRICUS TÖRNROTH,

Aboa Fennio,

In AUDITORIO MAJORI Die XI. Novembr.
Anno MDCCCLXXX.

H. A. M. C.

ABOÆ,

Impressa apud Vidiuam Reg. Acad. Typ. J. C. FRENCKELEM.

HANDELSMÄNNEN OCH FABRIQUEUREN I ÅBO,

Ådel och Högaktad

HERR JOHAN FORSMAN,

GUNSTIGE GYNNARE!

Då jag märker den billiga akning, hvartil \mathfrak{F} , Gunstige Gynnare! hos hvar man, genom en redelig vändel, dageligen gören Eder förtjent, ser jag mig förbunden, at för min del i synnerhet betyga för Eder min skyldiga vördnad. Denna vördnad fördubblas vid betraktande af den synnerliga ynnest, \mathfrak{F} mig derigenom behagat visa, at \mathfrak{F} ej allenast anförtrott Edra dygdiga och välartade Söner under min vård och handledning, utan ock, under den korta tid, som jag njutit denna förmön, omfamnat mig med en utmärkt godhet och ömhet. Til något vedermåle af min erkänsla, tager jag mig derföre den frihet at tilägna Eder, min Gunstige Gynnare och Vålgörare, detta mit första lärdoms-prof. Emottagen det med samma välbehag, hvarmed \mathfrak{F} altid ansebt mina företaganden, samt lämnen i framtiden et rum bland Edre Vänner åt den, som med skyldigste högaktnings förblifver JA MI

ÅDLE OCH HÖGAKTADE

HERR HANDELSMANNENS OCH FABRIQUEURENS

Ödmjuka fl. tjenare

HENRIC TÖRNROTH.



§. L

Aditum ad institutum præmunit.

Qui vel tantillo temporis spatio ad scripta exotica in linguam sibi vernaculaam transferenda incubuerunt, iis obscurum esse non potest, quam difficile sit translationem adornare litteralem, quæ nec plus nec minus dicat, quam in ipso textu dictum fuerat. Ratio in promtu est. Neque enim ea est conditio linguarum, ut voculæ vocalis & formulæ formulis exacte semper respondeant. Quæ enim in alia brevius & concisius dicuntur, ea in alia verbosius & prolixius efferri, res est notissima. Ne ipsas quidem illas hic excipere licet linguas, quæ matrem adgnoscunt communem, eamque ob caussam initio sororiam quandam concordiam inter se coluerunt. Tantam enim discordiam etjam in his observare licet, ut ne minimum quidem tractatum ex altera in alteram, verbo de verbo, transferre possis, etjam si utriusque fueris peritissimus & ad negotium translationis & ingenium felicissimum & studium intensissimum adulteris. In omnibus enim gentibus eadem loquendi, quæ cogitandi, observatur inconstantia. Eoque minus de per-

A

petua

petua quadam congruentia hic cogitari potest, quod singula individua sibi reservatam volunt licentiam alterandi & innovandi. Quamvis igitur privæ vocum notiones in aliis citius, in aliis tardius immutari soleant, in omnibus tamen a secundariis ita eas partim obfuscari partim eliminari videas, ut quid quodvis vocabulum primitus significaverit, vel nulla omnino sagacitate, vel maxima certe difficultate subodorari possis. Quod si igitur aqua subinde hæreat interpreti, qui aliquid ex cognata in cognatam transfert lingvam, facile quisque videt, id multo saepius fieri debere, ubi ea, ex qua, & ea, in quam aliquid transferendum est, toto cælo diversum spirant genium. Si harum altera viva, altera mortua fuerit, necesse est, ut translatorem adhuc & crebrior & gravior premit difficultas, in primis si translatio fieri debeat ex lingua, quæ non tantum communibus hominum sermonibus teri desiit, sed magna etiam penuria monumentorum eadem exaratorem laborat. Nunquam vero neque pronior, neque tristior est lapsus, quam cum eadem calamitas linguas quoque cognatas fatigavit. In singulis vero linguis translatu difficultiora sunt quæ vorso, quam quæ prorso orationis genere confignata sunt, in primis ubi vel altior adhibetur cothurnus, vel rarer intenditur significatus vocabulorum. Hoc posterius utrum jure prædicari possit de verbo קָרְבָּן, quod Psalmo I: 2. legitur, hoc qualicunque Specimine Academico quærere instituimus. Quale vero id sit, quod nobis hic invenisse

vide-

3

videmur, hoc æquo Lectorum judicio existimandum relinquimus.

§. II.

Adductio textu Hebræo verbi הַזֶּה, potiores adjicit interpretationes, quarum agmen nostra hypothesis claudit.

Prius vero, quam ad rem ipsam progrediamur, ab instituto alienum non fuerit Textum loci Davidici Hebræum, in quo verbum יְהִזֵּה occurrit, adducere. Sic vero ille habet: זְכָתָרוּתָו יְהִזֵּה וּוֹמָם וְלִילָּתָן Quomodo hoc hemistichium tum antiquiores tum recentiores Psalmorum Davidicorum interpretes translulerint, eo minus necesse est prolixius docere, quod non nisi in solo verbo יְהִזֵּה aliqua reperiatur discrepantia. Cumque cardo totius quæstionis in hoc verbo vertatur, quomodo illud expreſſerint paucis observasse sufficiat. VETERES GRÆCI INTERPRETES, quos LXX vocant, μελετήσαται transtulerunt, eosque sectus est LATINUS VULGATUS, qui meditabitur verit. Hanc verbi significationem deinceps adoptarunt plerique recentiorum, utpote PAGNINUS, JUNIUS & TREMELLIOUS, GEJERUS, S. SCHMIDIUS, QUISTORPIUS, & longo agmine plures. Interim tamen non desunt, qui aliam interpretandi viam ingredi maluerunt. A modo laudatis parum vel nihil absunt DANUS, qui grunder, & CASTELLIO qui cogitat, atque FENNUS qui ajattele interpretatur, paulo vero magis LUTHERUS & SVECUS, quorum ille redet, hic talat

transfert. Sunt etiam, qui significationem tantum *generalem* exprimunt, nulla ratione habita *modificationis*, quam priva vocis notio importat. Hoc in numero est. Ill. JOH. DAV. MICHAËLIS, qui geschäftiget *ſch* mit &c. habet, cui præludit Cl. Jo. HENR. MICHAËLIS, qui *versatur* & *meditatur* transtulit. Hujusmodi quoque est interpretatio Celeb. Poëtæ EO-BANI HASSI, qui totum comma hoc carmine elegiaco expressit:

*Hujus erit Domini lex infinita voluptas,
Quam labi ex animo tempora nulla finent.*

Harum interpretationum quanvis aliæ aliis continuo meliores sint, singulæ tamen notionem verbi *materialem* utcunque repræsentant. Quominus ulla earum se nobis perfecte probare potuerit, duæ prohibuerunt rationes, altera, quod singulæ suis laborant incommodis, altera, quod nobis visi sumus novam aliquam invenisse, quæ rem ipsam optime exhaustit. Ea vero sita est in *syllabizando*, quæ quidem notio tribus cognatis radicibus Arabicis ﴿הָגָן﴾, *הָגֵן*, *הָגַן* competit. Syllabizare nobis idem dicit quod verbum Svecanum *ſtaſwa*, litteram cum littera connectere ad syllabas formandas & vocabula enuncianda, quod tyrones faciunt, cum legere discunt. Hac admissa hypothesi, totum hemistichium sic transferendum erit: *Et in lege Ejus syllabizat interdiu & noctu*, Svetice: *Och ſtaſwar på Hans lag dag och natt.* Quantum nobis perspicere licet, hæc nova quidem, sed vera tamen est hypothesis. Nobis certe semet *non novitatis*,

ſed

sed veritatis specie commendavit. Quod quamvis ita sit, eam tamen nemini obtrudere volumus. Ingenue enim fatemur puram putam esse hypothesin, quam in tantum duntaxat probamus, in quantum efficere possimus, ut extra controversiam posita harum rerum peritis arbitris consensum extorquere possit. Quod si minus præstare valuerimus, nihil certe mali in conatu inesse existimamus. Res omnis ad ea reddit pondera argumentorum, quæ nunc ordine ex-promenda venient.

§. III.

Verbi notionem principem ex sono per ova-
mōs derivat, eamque idoneis exemplis demonstrat.

Ut igitur ab ovo incipiamus, prima nobis cura erit *notionem* verbi nostri *principem* investigare, ex qua tota deinde silva *secundiarum*, tanquam ex radice furculi succrescunt, & ex fonte rivuli scaturiunt. Scire itaque licet, hoc verbum ex eorum esse numero, quæ *ex sono facta* & *facta* sunt. Primitus enim nihil aliud sibi voluit verbum *הָנָה*, quam sonum *הָנָה* identidem pronunciare aut exclamare. Ne hoc ex nostro ipsorum cerebro effinxisse videamur, provocare licet ad Linguam Arabicam, in qua *ه* est *vox increpantis*, idem valens quod vox Svecana *hut*. Inde natum verbum *הָנָה* exakte respondet verbo Svecano *huta*. Utrumque enim *canem increpare & abigere significat*. Eadem quoque voce utuntur pastores

6

res Arabes cum *leones abigunt*, aut *oves propellunt*. Cumque in Lingua Arabica حشد enuncietur *hadsch* & حشدا *hadscha*, eadem est ḥawāṣṣat al-ḥaschā, quæ in Svecana *hasch* & *hascha*, quod itidem increpandi, abigendi & impellendi significaciones habet, quæ adhuc clarius in compositis *hascha* bort, *hascha* på cernuntur. Pro his civilius dicimus *hasta* & *hasta* på någon. Hinc ratio patet, cur حشد apud Arabes *properare facere viatorem* valeat. Ex eodem fonte originem duxisse videntur significaciones *amovendi*, *removendi* & *aufferrendi*, quæ in Lexicis Hebraicis reperiuntur, modo eadem genuinæ sint, & non potius spuriae exputidis versionum rivulis derivatæ, de qua re inferius, cum ad tertiam significationum familiam perventum fuerit, forte & melior & amplior disputandi occasio dabitur. Hic docendum restat, quomodo notio *pavidi*, quæ apud Arabes frequentatur, ex radice حشد exsculpi potuerit. Qui حشد, حشد, animalibus dicit, is iis *pavorem incutit*, qui caussa aufugiendi existit. Hæc igitur notio, ex ea, quam principem diximus, prono fluit alveo, nihil nisi nudam & meram involvens Metonymiam.

§. IV.

Verbum حشد ad varios naturales sonos animalium exprimendos adhiberi docet.

Idem verbum, partim Hebraica, partim Arabica in dialecto frequentari solitum est in sonis quorundam

dam animalium, quæ cum clamant, vocem      nunc
quodammodo exprimere audiuntur. Hinc  nunc
rugire, nunc *barrire*, nunc *gemere*, nunc *coaxere* La-
tinis reddi invenies, prout vel de leone, vel de ca-
melo, vel de columba, vel de rana prædicatur. Ab
his enim singulis, qui editur sonus, is variis quasi *i-
ctibus* aut *pulsibus interstinctum* habet strepitum, qui aliis
atque aliis dignoscitur modificationibus, nunc ad *ba-
latum fragosum*, nunc ad *latratum murmariosum*, nunc
ad *ructum fastidiosum* proprius accedens. Quis enim
ignorat, unam eandemque vocalam , prout vel *a-
lia* atque alia efferatur vocali *hag*, *heg*, *hig*, *hog*, *hug*,
vel *alia* atque *alia* gutturis ratione protrudatur, vel
alia atque *alia* vocis elevatione producatur, nunc il-
lum, nunc istum, nunc hunc sonum exactius expri-
mere? Si quis in omnibus exactitudinem desidera-
ret, ob eamque caussam rem ipsam, quam urgemos,
in suspicionem figmenti adducere vellet, is eo ipso
suam ipsius inficitiam in apricum poneret. Primum
quidem sonos inarticulatos verbis articulatis exacte
exprimere non datur, sed fatis est, si eos utcunque
repræsentare liceat. Deinde usu saepe venit, ut hos
sonos imitari volentes, ob defectum exercitii in or-
ganis loquendi, multo aliter eos exprimamus, quam
velimus; cuius quidem rei specimina quotidie anim-
advertisimus in infantibus, qui quamdiu sibilum litte-
ræ *s* edere non possunt, pro *pussa* *putta*, pro *fusa*
tuta dicere coguntur.^{up} Pleraque vero onomatopoë-
ses his Magistris originem debent. Interea negari
non

8

non potest, quin hæc nostra onomatopoësis adeo exacta sit, ut vix ullam aliam adferre valeas exactiorum, præfertim si *ructum gutturalem & sibilum dentalem* orientalium recte didiceris imitari. Quid? quod imitandi exactitudo major aut minor esse possit pro gradibus vehementiæ, qua vel totam vocem vel ructum aut sibilum sigillatim enunciaveris. Hoc scribenti in memoriam venit, barritum camelii vehementiorem verbo geminato *הַחְגָּה haghaga* vel *hadsch-hadscha*, in Lingua Arabica exprimi, verbum vero simplex *הַחְגָּה* cum in Lingua Hebræa de leone prædicatur, non tam rugiendi, quam murmurandi actum significare. Hoc certe nobis persuaserunt circumstantiæ loci Esaiae xxxi: 4. ubi subiectum est leo rapinæ incumbens & turbam pastorum adyenientem ac minitantem exaudiens.

§. V.

Quid hoc verbum, rebus inanimatis tributum, in recessu habeat, uno alterove exemplo doceat.

Hanc verbi notionem ulterius confirmant soni quorundam rerum inanimatarum, de quibus in utraque lingua prædicari solet. In Lingua Arabica *aſtudi* & *ebulliendi* significationem huic verbo tribuunt doctissimi Philologi. Et certum quidem est, quod de *lebete fervente* prædicari apud Arabes soleat, sed hoc tamen non tam de *formali*, quam de *materiali* vocis notione accipiendum est. Nam cum lebes fervet, tum

۲۷, ۲۸, ۲۹ ingeminare auditur, quod Svetice simili onomatopoësi *kuttra*, *muttra*, *puttra* dicitur. Hinc prono fluit alveo, verbum *הַנָּה*, cum de lebete æstuante usurpatum, effectum quidem caloris innuere, sed ita tamen, ut is potius ad *sonum fragosum*, quam ad *æustum spumosum* referatur. Ad quod si rite attendisset vir Linguae Arabicæ peritissimus, ALB. SCHULTENSIUS, auctor non fuisset, ut vocem *הַנָּה* Psalmo xc: 9. *vaporem æstuantem* interpretaremur. Neque enim *oculorum*, sed *aurium* sensu percipitur id, quod hæc vox insinuat, quam alii *cogitationis* alii *sermonis* vocabulo reddendam putant. Nobis magis placet aut *sonum*, eu *knall*, aut *ictum*, eu *knäpp*, transferre. *Sonum* intelligi, extra controversiam ponunt tum quæ hac tenus disputata sunt, tum quæ inferius disputanda venient. *De fragore nubis tonantis* usurpatur Jobi xxxvii: 2. Quoniam vero, ruente fulmine, nunc *Acutum*, nunc *raucum* audimus sonum, dubitari potest, utrum hujus, an illius significatio huic voci hoc loco rectius tribuatur. Nihilo tamen minus nobis pœne perswasimus, neutram excludendam, sed utramque conjungendam esse, quamvis non ignoremus, *murmurandi & mussitandi* significationes, quas passim habent Lexicographi, aliud svadere. Et si rem recte reputemus, in hac voce potius respiciendum est ad *ictum* atque *pulsum*, hugg och stöt, qui inter pronuncandum auditur, quam ad *intensionem* aut *remissionem* soni, qui exinde nascitur, id quod jam penitus evolvendum est.

§. VI.

Novam detegit onomatopoësin, quæ nos ad propositum proprius deducit.

Nisi igitur nos valde fallit opinio, verbo nostro ille etjam ipse subest sonus, qui *cædendo* & *tundendo* excitatur. Verbum enim Hebræum הָגַה & Svæcanum hugga iisdem constant litteris, & eundem ferme sonum reddunt. Cumque utrumque sit onomatopoëticum, dubium non est, quin utrumque idem significare possit. Quoniam vero a posse ad esse non valet consequentia, id nobis agendum incumbit, ut idonea adducamus argumenta, quibus hanc significandi potestatem verbo nostro vindicari posse confidimus. Hoc facere cogitantibus primo omnium se offert usus ejus in Lingua Arabica, quo *cædere* significat, cuius in eo sita est ratio, quod inter cædendum auditur sonus *hag* vel *hadsch*. Hujus significationis varia sunt indicia. Primum quidem comedere significat, quia inter comedendum cæditur cibus. Quo sensu Svetice hugga uti sig. maten. Alias hugga & tugga idem valere videntur. Quominus vero hoc in gratiam hypotheseos fictum videri possit, inter alia prohibent cætera edendi verba אֲכַל, כְּרֹה, גַּזֵּר, גַּרְמָן, לְחַם, &c. quæ itidem *cædendi* significationem habent, itemque *præliandi*, quoniam res in prælio ad cædendum & pungendum redit. Hinc etjam Sveci hugga & sticka dicuntur, cum hostes concidunt atque confodiunt. Deinde observandum quoque est, verbum نَجَّا apud Arabes

rabes idem importare, quod *maledicendi*, *subsannandi*,
calumnianandi & *conviciandi* verba apud Latinos signifi-
cant. Maxime autem frequens est significatio *verbis
satyricis aliquem proscindendi*. Quomodo autem hæ
notiones ex notione *cædendi* vel *comedendi* originem
duxerint, id vel unicum docet exemplum verbi אכל,
quod non minus in Hebraica, quam Chaldaica, Sy-
riaca & Arabica lingua adpositis certis vocabulis *ca-
lumniandi* potestatem tuetur. Sic locutio Hebraica:
בשׁרַי לְאָכֵל אֶת בָשָׁרִי ad concidendam vel comedendam
carnem meam Psal. xxvii: 2. idem dicit, ac ad me ca-
lumniandum. Idem prorsus valet formula Arabica
אָכֵל לְחַמָּה, quæ itidem ad litteram *carnem comedere*
aut *concidere* significat. Huic verbo אָכֵל eodem sen-
su vocabulum קָרְצָעַ frustum, addunt Chaldæi, cuius
rei exemplum habemus Dan. iii: 8. ubi verba וְאָכְלֻוּ
קָרְצִיהָוּן רֹוי יְהוּדָה comedenter frusta *Judaorum*, quæ
recte, accusarunt *Judeos*, transtulit S. SCHMIDIUS.
Hinc Diabolus Syris dicitur קָרְצָעַ comeſtor fru-
sti, quod *accusatorem* & *calumniatorem* valet. Quod
Latini dicunt: *absentis rodere famam*, id Arabes ex-
primunt: *fratris absentis carnem comedere*. Vide M. J.
D. MICHAËLIS auro contra carum Libellum German-
icum, cui titulus est: Beurtheilung der Mittel, wel-
che man anwendet die ausgestorbene Hebräische Spra-
che zu verstehen pag. 230. seq. Si cui volupe fuerit
ex aliis linguis colligere exempla *verborum acuminis*,
quibus vis subsit *Satyrica*, is forte in singulis non pau-
ca inveniret. Nobis unum alterumve suppeditasse

sufficiat. Sic in lingua Latina frequentantur formulæ: conviciis aliquem *proscindere*, & absolute: *conscindi* ab aliquo, item: sua vineta *cædere*; in Germanica: einen zur hand hauen; in Svecana: hugga på en, hugga på en annans skog, item stick-ord,bett-ord, verba pungentia & mordentia &c.

§. VII.

Notionem syllabizandi verbo nostro vindicat.

His demum præmissis ad arcem rei directe licet contendere. Jam igitur eam verbi notionem, quam opella nostra in fronte præfert, paulo distinctius proposituri & diligentius vindicatur sumus. Ea vero in syllabizatione consistit. Syllabizare autem tum dicimus, cum, cognito Alphabeto, quod Arabibus **التحagi** *Attahagi*, dicitur, litteras connectimus ad constitutas syllabas & enuncianda vocabula, ex quibus oratio componitur. Hoc igitur verbum proprium est tyronum, qui nondum perfecte legere didicerunt. Quum hæc notio tribus cognatis vocibus **הנְגַז** & **הנְגָז** in lingua Arabica subsit, hisque in lingua Hebraica ex amissi respondeat radix **הנְגָה**, nihil impedit, quominus huic, ubi circumstantiae id sinunt, eandem notionem adseramus, perpetua nixi harmonia, quam hæc dialecti inter se colunt. Quamvis hanc adpellandi rationem ex notione principe, quam supra evicimus, immediate derivare possemus, propter hæsitantiam linguæ, quæ in plerisque tyronibus observatur, eam tamen

23

tamen rectius eliciendam putamus ex significacione
cædendi aut *secandi*, quam nuperrime adstruximus.
Nam qui syllabizat, is singula vocabula in tot disse-
cat particulas, quot admittunt syllabas. Cumque ex
his iterum vocabula construit, tot adhibet *cæsuras*,
quot vocabula numerant syllabas. Verbi gratia, qui
vocem Heautontimorumenos more tyronum rite syl-
labizantium pronunciat, is eam He-au-ton-ti-mo-ru-
me-nos effert, octonas syllabas octonis cæsuris adfi-
ciens. Quid vero aliud est cæsura, quam sonus cæ-
dendo productus, quo ea, quam affieit, syllaba ce-
teris fortius effertur? iustum aut pulsum, Svetice:
et hugg eller en stot, dicere possemus. Hinc facile
videre est, quam bene & apte cohæreant hæ duæ
verbi significaciones, nimirum quæ *cædendi* & quæ
syllabizandi vim habet, quandoquidem utramque in-
greditur cogitatio soni *hag*, *hag*, de quo supra, pro-
ratione instituti, diximus. Sed quis, inquires, vobis
facultatem dedit adoptandi notionem *cæfuræ*? Hoc-
cine purum putum est figmentum, ad serviendum hy-
pothesi unice excogitatum? Minime vero gentium.
Nihil enim hic fictum, nihil falsum est, sed quod ra-
tio dialectorum suppeditavit, id fideliter exceperimus,
& ad usum nostrum prudenter convertimus. Si du-
bitas, fidem tibi facient Lexica Arabica & nomina-
tim Golianum. Hoc si evolveris, illico expressa lit-
tera inculcatum invenies, utrique verbo חָנֵן &
revera subesse significationem *cæsura ad efferenda vo-
cabula utendi*, idque eo certius esse, quod ea vis non

tantum in una, sed pluribus in conjugationibus horum verborum inveniatur. Rem igitur omnem jam in vado esse existimamus. Ne vero vel hilum gratis adsumisse videamur, eam adhuc firmius demonstrare conabimur, alii cuidam objectioni breviter quidem, sed sufficienter tamen occurrendo. Bene, inquis, res habet, quod Lexica Arabica hanc verbi significacionem prodant, quamdiu tamen eam in Lexicis desidero Hebraicis, tamdiu eandem verbo etiam Hebræo competere dubium manet, incertumque. Sed hoc quidquid est exceptionis, id facilime diluitur. Quis enim unquam dixit, firmum esse argumentum, quod a silentio Lexicographorum ducitur? Tunc in ulla lingua, ullum vidisti dictionarium, quod & omnes linguae voces & omnes vocum notiones, nulla excepta, comportavit? Quod ad Lexica adtinet Hebraica, ea omnium & plurimis & maximis laborare defectibus, communis loquitur tum experientia, tum querimonia Hebraizantium, quam tamen principes Philologorum copiosissimis supplementis nostro seculo minuere conati sunt. A Lexicorum igitur silentio, nihil sequitur, quamdiu curatior Sacræ paginæ inspectio atque collatio quotidie novos defectus detegit.

§. VIII.

Canendi & celebrandi significationem nostro verbo restituit.

Hujusmodi defectum ex alio capite nobis detergere licuit in hoc ipso verbo, quippe cui passim tum in

in Dictionariis, tum in Commentariis doctorum pro
vera *canendi* falsa *meditandi* significatio substituta re-
peritur. Hanc igitur si restituere valuerimus; ecquid
erit pretii? Sic vero calculos subducimus: A *cæsura*
ad *Prosodium* facilis est progressio, quia in hac illa
proprie invenitur. Hinc notio *carminis* sua sponte
nascitur. Carmen enim quasi *canimen* dicitur, ex ca-
noris constans cæsuris. Quod supra observatum est
de notione verbi, qua speciatim carmen designat fa-
tyricuni, id sumi potest Synedochice, adeo ut notio
specialis ex notione generali, qua carmen forte dicit
quocunque, sive illud ad vitia perstringenda, sive
ad encomia celebranda adhibetur, ad eundem fere
modum, quo vox carmen apud Latinos, neglecta si-
gnificatione genericā, speciatim ad designandum *car-
men Magicum* quandoque traducta invenitur, ut in il-
lo Virgilii:

*Carmina de cælo possunt deducere lunam:
Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.*

Quominus vero hoc argumentum necesse habe-
mus urgere, obstat alia rei ratio, quam ex ipsis visceribus
contextus variorum locorum, in quibus hoc verbum
occurrit, nullo fere negotio eruere possumus. Illa i-
gitur loca paucis excusisse non pœnitabit. Sic Ps.
xxxv: 28. ubi hoc verbum de *labiis prædicatur*, eaque
pro objecto habent *laudes justitiae divinæ*, sine dubio
illa ipsa intelligitur cæsura, quæ in modulis *Musicis*
versatur, adeo ut hoc in loco canendi signifi-
cationem habeat, idque eo magis, quod Poëta est,
qui

qui loquitur, & in argumento versatur *poëtico*. Accedit, quod verba acuminis, qualia sunt quæ *cădendi*, *findendi*, *secandi*, *fodiendi* & alias id genus significations involvunt, in oriente quam sæpiissime transferri soleant ad indigitandum concentum Musicum certis modis distinctum. Hujus generis sunt מָרֵךְ secuit, cecinit, זָכַר acutus fuit, cecinit, מָרֵךְ secuit, cecinit, מָרֵךְ transfodit, cantavit &c. Ubi vero הַזְהָר dicitur de objecto, quod laudis materiam constituere nequit, tum *effutiendi* & *eructandi* notio locum habet, ut Job. xxviii: 4. Prov. viii: 7. xxiv: 2. Jes. xxxiii: 13. LIX: 4. habita ratione soni vel lebetis æstuantis, vel columbae ructantis, seu gementis, adeo ut Svetice reddi possit: *rapar ip*, *putrar fram*, vel si quod aliud verbum adhuc proprius ad sonum verbi Hebræi accesserit. *Meditandi significatio*, quam Lexica toties inculcant, nunquam vel saltem rarissime locum habet. Nec huic sententiae obstat, quod interdum prædicetur *de corde*, cui *meditatio*, quam *elocutio rectius convenire videtur. Sermo enim est non de eo*, quod intra præcordia manet, sed de eo, quod ex corde protrusum per os emanat. Sua enim natura sonandi verbum est. Sio formula: לִבְךָ יְהֹוָה אֱלֹהֶיךָ Es. xxxiii: 18. non redenda est: *cor tuum meditabitur timorem*, (hæc enim verba nihil significant) sed huc redit sensus: *animus tuus ita horrore implebitur, ut barritum edas*. Svetice: tu skal woja tig för råddhoga skull. Sic Psal. II: 1. cum utrumque verbum וְיְהֹוָה & רְגֹשֵׁר de barritu cameli & posterius etiam de rugitu leonis prædicari soleat,



let, barriunt & rudunt, non tumultuant & meditantur, transferri debent. Quod si igitur totam Sacram Paginam perlegeris, vix unum invenies locum, in quo verbum nostrum vim meditandi tueatur. Solus locus Prov. xv: 28. eam tueri videtur, sed adecuratius expensus hunc fundit sensum: *Cor justi exprimit proficia, sed os in justorum evomit mala.* Non nego hoc loco adesse oppositionem inter præmeditatum & temerarium loquendi modum, sed eam ajo, non in verbis יבָע & תְּחִזֵּק, verum in nominibus פַי & לְכַ וְעֲנוֹת respondere voci רְעוֹת. Id etjam potest, quia radix significat id, quod *alicujus interest*, apud Arabes. Hoc vero recte dicitur proficuum q. e. d. Mirari convenit, quid omnes interpretes & totam Lexicographorum turbam ita fascinaverit, ut tam simplicem veritatem non perspexerint. Sed a diverticulo in viam. Hoc unum adhuc restat, ut rationem habeamus constructionis, in qua verbum nostrum hoc loco invenimus. Quæ haec tenus evolvimus loca, ea illud constructum habuerunt cum *casu quarto*, nostrum vero oraculum illi dat objectum in *casu quinto*, littera כ præfixa. In tali constructione aut *absolutam legendi*, aut *mōdificatam syllabizandi* significationem adgnoscamus, necesse est. Hoc nos docet collatio loci paralleli Jos. I: 8. ubi quod David in Psalmo citato *legem*, id Josua hoc dicto *librum Legis* adpellat. Nam cum hic doceat, fieri non debere, ut liber Legis ab ORE Israëlis recedat, sed necesse esse, ut in eo יְהָנָה die ac nocte, nemo

sane homo tam cæcus esse potest, ut non illico distincte videat, hoc verbum non tam de tacita meditatione, quam de sonora lectione Legis intelligi debere. Quod vero sedula meditatio simul requiratur, id ex ipsa rei natura discendum. Quid? quod *notio syllabizandi*, quam nos defendimus, *notionem meditandi non excludat, sed includat*, ob eamque caussam plus involvat significantiæ, quam simplici vel lectioni, vel meditationi inesse poslit.

§. IX.

Hanc notionem ad rem ipsam admodum apte ac bene quadrare, demonstrat.

Ipsa natura rei, de qua hic quæstio est, ita videntur comparata, ut sine intenso studio erui non possit. Eam igitur jam paulo diligentius excusisse jubarbit. Sermo Davidi hoc loco est de *Lege JEHOVÆ?* JEHOVA nomen est proprium DEI Israëlis, & Lex hoc loco generatim *institutionem* dicit, sine ulla determinatione objecti, adeo ut non minus promissa, quam præcepta comprehendat. *Lex igitur Jehovæ*, ut paucis dicam, *Pentateuchus est*, seu tota illa *constitutio disciplinæ*, quam *DEUS per Mosen populo Israëlitico in quinque voluminibus præscribendam curavit*. Hujus doctrinæ tria erant genera, quorum unum præcepta *moralia*, alterum instituta *ecclesiastica*, tertium seita *politica* complectebatur. Hæc tum qualitate, tum quantitate admodum diversa erant. Primum genus pau-



paucissimis, iisque & clarissimis & certissimis constabat præceptis, omni homini, ratione rite utenti, & obviis & perviis. Tertium paulo quidem prolixioribus, sed æque tamen evidenter absolvebatur placitis atque decretis. Ad hæc igitur percipienda vulgaris sufficiebat meditatio, nec opus erat tanta decifrazione, ut ita dicam, quantam syllabizatio hoc loco involvit. Omnis igitur quæstio ad illud institutionis genus, quod secundo loco posuimus, primario redit. Hoc ex *legibus* constabat *ritualibus*, quæ quamvis, si litteram externam spectes, non admodum difficultem haberent perceptionem, ideo vero, quod *in fundo abscondita latebant mysteria omni rationi impervia*, non poterant non ad sufficientem sui extricationem plus requirere perspicaciæ, quam in humanum quidem ingenium, nisi divino auxilio adjuvetur, cadere potest. Interea horum cognitio tanti erat pretii, ut spes omnis felicitatis ex eadem suspensa esset. Cumque adeo David hic de ea lege loquatur, in qua cardo omnis veræ prosperitatis movetur, ut ex contextu adparet, nobis dubium non est, quin digitum *in primis* intendat ad *Legem cærimonialem*, quæ nihil erat aliud, quam *perpetua quedam Allegoria*, quæ personam officia & merita optimi maximi Salvatoris non tam litteris Grammaticis, quam figuris Hieroglyphicis repræsentabat. Qui igitur sub oœconomia veteris Fœderis Scripturam hanc symbolicam, in qua res pro litteris sunt, rite legere & recte intelligere volebant, iis non alia patebat via ad hunc scopum pervenienti,

quam quæ calcari solet a tyronibus, qti lecturientes
hoc ordine incedere coguntur, ut a cognitione litterarum ad connexionem syllabarum, & ab hac ad lectionem vocularum & perceptionem sententiarum non nisi paulatim & pedetentim progrediuntur. Quanta diligentia studii, quanta patientia animi veteribus patribus, qui ad hoc scripturæ centrum penetrare & hunc Theologiæ nucleus gustare cupiebant, opus esset, ex ipsis constat verbis Davidis, quibus hunc scopum adtingere volentibus non minus nocturnam, quam diurnam commendat assiduitatem. Quanta autem sedulitate in scrutandis Mysteriis Jehovæ, quæ Hebræis נְפָלָוֹת audient, ipse David versatus fuerit, id optime disci potest ex variis ipsius Psalmis & nominatim ex illo, qui numero est CXIX: 18. ubi DEUM devotissime & ardentissime precatur, ut sibi retegat oculos, quo intueri possit, quæ sub umbris istis Leviticis abscondita latebant arcana. Quantum autem impetraverit, id perspicue docet lux Evangelica, quæ passim in Psalmis ejus instar solis splendet.

§. X.

Cultum Leviticum quoddam quasi Alphabetum Novi Testamenti fuisse formulis quibusdam Paulinis, confirmat.

Quæ hactenus adducta sunt, ea satis, ut opinor, & distincte & nervose demonstrant, nostram hypothesisin non minus cum re ipsa, quam cum verbo, cuius

jus interpretationem exhibet, convenire. Pedem i-
gitur hic tuō figere possemus, nisi aurem velleret S.
PAULUS, qui cum in eo versatur, ut præstantiam Chri-
stianismi præ Judaismo ostendat, non tantum *Judaos*
cum infantibus aut tyronibus, *Christianos vero cum vi-*
ris adultis, sed dogmata etjam Judaica cum primis lit-
terarum elementis, doctrinam vero Christianam cum di-
sciplina perfecta comparat, eoque ipso nostram senten-
tiam egregie confirmat, saltem quod ad rem ipsam
adtinet. Maxime illustris hujus generis locus habe-
tur Galat. IV: 3. ubi hæc leguntur verba: ἐπει τοις οὐκ εἰσιν οὐτε λαοί ita etjam nos, cum essemus infantes sub
elementis mundi eramus in servitutem redacti. Quod
vox μάρτιος hoc loco rudiores tyrones denotet, ex con-
textu adparet. Capite enim III: 24. 25. *Lex* appell-
latur *Pædagogus* ad Christum, Christiani vero sub
Pædagogo esse negantur, & Capite IV: 2. contendi-
tur status μάρτιων ad omne id tempus, quo hæres sub
tutoribus & curatoribus est. Quod vox σοιχέα prima
litterarum elementa, quæ complexim Alphabetum di-
ci solent, ex usu auctorum significet, vel pueris no-
tum est. Nec opus est ut moneamus, eadem voce
deinceps denotari solere prima disciplinarum rudi-
menta. Quid vero Paulo nomine σοιχέων veniat, id
ipse aperit Ebr. V: 12. VI: 1. Citato vero loco do-
gmata intelligi Judaica, ex contextu perspicuum est,
& nominatim ex commate 9. & 10. Confer sis II: 20.
21. Quæ ratio sit, cur Judæi, vel Judaismus, adpell-
letur κόσμος ad institutum non pertinet. Interea rem



)

22

(



ita se habere, e collatione variorum Scripturæ locorum, aliisque argumentis erudite evictum dedit Cel. Jo. GOTHOER. LAKEMACKER Observat: Philol. Part. ix. Obs. iv. De Elementis Mundi Gal. iv: 3. ad quod schediasma lectores brevitatis gratia remittimus. Qui legem Israëlitarum cærimonialem tempore Dåvidis absque hæstitione & syllabizatione intelligenter legi potuisse contendunt, idque idoneis argumentis demonstrare possunt, iis nos victas dabimus manus. Hoc certe evictum dedimus, verbum נָאַת hoc loco genus aliquod lectionis denotare. Sciant vero Lectores, Davidi sermonem esse de lectione, quæ Lectores felices reddere posset, adeoque non de nuda recitatione vocum, sed simul de perceptione rerum. Scriptum enim symbolicum, nisi valde fallor, tum demum rite legitur, cum arcanum, quod cuilibet subest symbolo, auribus sentiendum exhibetur. Si hujusmodi etiam lectionem tunc possibilem fuisse adfirmaveris, nondum tamen nostram hypothesin eversam esse scias, nisi prius evictum iveris, eam sine syllabizatione fieri potuisse, quod te ad Kalendas Græcas facturum existimamus. Multa adhuc addi possent, sed his nos contentos esse jubet res angusta domi. Hoc unum, ingenuitate postulante, non

debemus non adjicere: Εἰ μέρες γνώσομεν, καὶ ἡ εὐ-

μέρες περιπτένομεν. 1. Cor. XIII: 9.



C